Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Et aliquoties quærebat apud memetipsum si deberet tanta de tali patres sci iudicium commisissent sortibus. quod si esset hoc apud scos ita gestum. iam de aliis hominibus uel gentilibus nihil mirum uideri. si nihil haberetur criminis in his quæ de seis dicuntur sortes diuisa. Si uideamus si forte in scripturis inueniam aliquid postum quod nobis quid uirtutis contineatur in sortibus manifestæ. Incipiam igitur a leuitico ubi scriptum est. & accipient in quit duas sortes. sors una a dno. & sors una a popolo. hoc est transmissore. & super quecumque uenerit sors a popolo. accipiet illum hircum et adducet eum in locum herami uiuum. & dimittet eum ibi in dimissione sua. alium autem hircum immolabunt dno. & reliqua quæ ibi sunt. quæ uiq; seuum qui legunt. Et rursum ubi moyses diuisit tribui ruben. & tribui gad. & dimidiæ tribui manasse quæ poposcerant transiordanem. accepit terram illam quam acceperant filii israel. Dedit autem eam & ihe sedm præceptum dni caleph filio iephone & tribui iuda. sortem. dedit autem & tribui effrem. & illi quæ superat dimidiæ tribui manasse. Et per hæc in quit congregauit in ecclam filios israel & dixit. Mittam sortem & piciam in conspectu dni. sortem si prius describentes terram adulteratis mihi descriptionem eius. Et ita post hæc sortibus missis. sic hereditas pplo di distribuitur. ut agat sors ista non fortuito. sed sedm hoc quod predestinatum est a dno. Deniq; tribus benyamin prima ibi accepit sortem ubi erat hierusalem. per hæc tribus symeon sedam. per hanc ysachar: deinde habulon. deinde aser: per eam neptalym. inde dan. in quibus nouissime uenium. tres ille tribus quæ ex concubinis descenderant iacob. Quæ ergo sit ratio sortium apud memetipsum requirebat. ut ex multis testimoniis scripturæ quod latebat agnoscerem. Inueniebat sane in scripturis eam gentiles homines usos esse sortibus. tunc eum